

CONSTITUCION APOSTOLICA  
«SPIRITUALI MILITUM CURAE»

(21.IV.1986) \*

IOANNES PAULUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI AD  
PERPETUAM REI MEMORIAM \*

Spirituali militum curae pro varia rerum opportunitate Ecclesia eximia sollicitudine consulere semper voluit. Ipsi enim quendam socialem coetum constituunt atque «ob peculiare eorum vitae condiciones»<sup>1</sup>, sive voluntarie et stabiliter copiis incorporantur sive lege ad ipsas vocentur ad tempus determinatum, concreta atque specifica curae pastoralis forma indigent; cui necessitati, per temporum decursum, sacra Hierarchia, praesertim vero Romani Pontifices, pro suo munere servitii seu «diakoniae»<sup>2</sup>, aptioribus modis in singulis casibus providit per iurisdictionem personis et adiunctis aptiorem. Quamobrem passim constitutae sunt structurae ecclesiasticae pro singulis nationibus, quibus Praelatus praeficiebatur congruis facultatibus praeditus<sup>3</sup>.

JUAN PABLO OBISPO, Siervo de los siervos de Dios, para perpetua memoria.

La Iglesia, de conformidad con las variadas circunstancias, ha velado siempre con la mayor solitud por el cuidado pastoral de los militares. Ellos, en efecto, constituyen un grupo social determinado y «por sus especiales condiciones de vida»<sup>1</sup>, ya se incorporen voluntaria o establemente a los ejércitos, ya se recluten por la ley para un tiempo determinado, necesitan de una atención pastoral concreta y específica. Para esta necesidad, a lo largo de los tiempos, la jerarquía, principalmente los romanos Pontífices, por su oficio de servicio o «diakonía»<sup>2</sup>, ha provisto de la manera considerada más apta en cada uno de los casos mediante la jurisdicción más adecuada a las personas y a las circunstancias. Por ello, frecuentemente han sido constituidas estructuras eclesíásticas en favor de las distintas naciones, al frente de las cuales se nombraba un prelado dotado de las oportunas facultades<sup>3</sup>.

\* Traducción de «Ecclesia», n. 2271, 1986, pp. 817-819.

\* AAS 78, 1986, 481-486.

1. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 43.

2. Cfr. Conc. Vat. II, Const. Dogm. *Lumen gentium*, n. 24.

3. Hi Praelati quandoque constituiebantur «perinde ac si quoad clericos saeculares eorum veri praesules et pastores» essent (Innocentius X, Breve *Cum sicut maiestatis*, 26 Sept. 1665: Bullarium Romanum, Taurini 1868, t. XV, p. 410).

S. Congregatio Consistorialis sapientes hac de re normas condidit in Instr. *Sollemne semper*, d. 23 Aprilis 1951<sup>4</sup>. Nunc vero tempus advenisse dicendum est, ut normae praedictae recognoscantur, quo maiore vi atque efficacitate polleant. Ad id ducit in primis Concilium Vaticanum II, quod viam stravit aptioribus inceptis ad peculiaria opera pastoralia perficienda<sup>5</sup> necnon Ecclesiae actionem in mundo nostri temporis perpendit, etiam quod ad pacem attinet in orbe universo fovendam ac promovendam, qua in re qui in militia versantur «tamquam securitatis libertatisque populorum ministros» sese habere debent «dum hoc munere recte funguntur, vere ad pacem stabiliendam conferunt»<sup>6</sup>.

Hoc suadet quoque magna rerum commutatio quae facta est non modo ad militiae professionem atque ad vitae militaris adiuncta quod attinet, sed etiam ad communem sensum societatis huius temporis de natura ac munere copiarum in societate vitae hominum inter se. Ad hoc denique impellit novi Codicis Iuris Canonici promulgatio, qui re vera ad pastorem militum curam se refert, immutatas relinquens normas hactenus vigentes<sup>7</sup>, quae tamen hodie opportune revidentur, ut ex apta rerum compositione fructus uberiores oriantur. Huiusmodi vero normae eadem non possunt pro cunctis nationibus, cum numerus fidelium catholicorum qui militiae addicuntur non idem ubique sit sive absolute sive relative,

La Sagrada Congregación Consistorial estableció unas sabias normas sobre este asunto en la instrucción «Sollemne semper» de 23 de abril de 1951<sup>4</sup>. Pero hay que reconocer que ha llegado ahora el momento de poner al día las referidas normas, a fin de que gocen de mayor fuerza y eficacia. A ello nos conduce, en primer lugar, el Concilio Vaticano II, que allanó caminos para llevar a cabo peculiares obras pastorales en los medios más aptos<sup>5</sup>, y que, al sopesar la acción de la Iglesia en el mundo de hoy, incluso consideró cuanto se refiere al fomento y promoción de la paz en toda la tierra acerca de lo cual afirmó que «los que se hallan en el ejército se deben considerar a sí mismos como ministros» o instrumentos de la seguridad y de la libertad de los pueblos, pues «desempeñando bien esta función contribuyen realmente a estabilizar la paz»<sup>6</sup>.

Aconseja también esto el gran cambio que se ha operado no sólo en cuanto se refiere a la profesión militar y las características de la vida castrense, sino también el común sentir de la sociedad de nuestro tiempo acerca de la naturaleza y oficio de los ejércitos en la convivencia de los hombres entre sí. A esto, finalmente, impulsa la promulgación del nuevo Código de Derecho Canónico, el cual hace referencia concreta al cuidado pastoral de los militares, dejando intactas las normas hasta ahora vigentes<sup>7</sup>, las cuales, sin embargo, se deben revisar oportunamente para que, de una más adecuada consideración de las circunstancias, se puedan derivar frutos más copiosos. Ahora bien,

4. AAS 43 (1951), pp. 562-565.

5. Cfr. Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 10.

6. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 79.

7. Cfr. CIC, can. 569.

cumque adiuncta valde inter se differant pro singulis locis. Congruit igitur ut generales quaedam normae hic stantur, omnibus Ordinariatibus militariibus —hactenus Vicariatus castrenses dicebantur— applicentur, quaeque statutis a Sede Apostolica pro unoquoque Ordinariatu conditis compleantur, intra ambitum tamen huius legis generalis.

Sequentes ergo normae statuuntur:

I — § 1. Ordinariatus militares, qui etiam castrenses vocari possunt, quique dioecesibus iuridice assimilantur, sunt peculiare circumscriptiones ecclesiasticae, quae propriis reguntur statutis ab Apostolica Sede conditis, in quibus praesius determinabuntur huius Constitutionis praescripta, servatis ubi exstant Conventionibus inter Sanctam Sedem et Nationes initis<sup>8</sup>.

§ 2. Ubi adiuncta id suadeant, auditis quorum interest Episcoporum Conferentiis, novi Ordinariatus militares ab Apostolica Sede erigantur.

II — § 1. Ordinariatu militari, ut propius, praeficitur Ordinarius dignitate episcopali pro norma insignitus, qui omnibus gaudet iuribus Episcoporum dioecesanorum eorundemque obligationibus tenetur, nisi aliud ex rei natura vel statutis particularibus constet.

§ 2. Ordinarium militare libere

las normas de esta naturaleza no pueden ser las mismas para todas las naciones cuando el número de los fieles católicos adscritos a la milicia no es el mismo en todas partes, tanto absoluta como relativamente, y cuando las circunstancias difieren mucho entre sí en cada uno de los lugares. Así, pues, es conveniente que se establezcan, en las presentes circunstancias, algunas normas generales que se apliquen a todos los ordinariatos militares —hasta el presente llamados Vicariatos Castrenses— y se complementen, dentro del ámbito de esta ley general, con los estatutos establecidos por la Sede Apostólica para cada ordinariato.

En consecuencia, se establecen las siguientes normas:

I. Par. 1. Los ordinariatos militares, que también pueden llamarse castrenses, y que se asimilan jurídicamente a las diócesis, son peculiare circumscripciones eclesiásticas que se rigen por sus propios estatutos establecidos por la Sede Apostólica, en los que se determinarán más expresamente los preceptos de esta constitución, respetando, donde existan, los acuerdos pactados entre la Santa Sede y las naciones respectivas<sup>8</sup>.

Par. 2. Donde las circunstancias lo aconsejen, oídas las conferencias episcopales en lo que afecte, eríjase por la Sede Apostólica nuevos ordinariatos militares.

II. Par. 1. Al frente del ordinariato militar, como lo más propio, póngase un ordinariato revestido, como norma, de la dignidad episcopal, el cual gozará de todos los derechos de los obispos diocesanos y estará sujeto a

8. Cfr. *CIC*, can. 3.

Summus Pontifex nominat, aut legitime designatum instituit vel confirmat<sup>9</sup>.

§ 3. Ut huic peculiari operi pastorali totis viribus incumbere possit, Ordinarius militaris pro norma ab aliis officiis animarum curam secumferentibus liber manebit, nisi pecuiliaria Nationis adiuncta aliud suadeant.

§ 4. Inter Ordinariatum militarem et alias Ecclesias particulares arctum vinculum communionis atque virium coniunctio in actione pastoralis vigeant oportet.

III — Ordinarius militaris pertinet ipso iure ad Episcoporum conferentiam illius nationis in qua Ordinariatus sedem habet.

IV — Ordinarii militaris iurisdictio est:

1.º personalis, ita ut exercentur erga personas ad Ordinariatum pertinentes, etiam si quandoque versentur extra fines nationis;

2.º ordinaria, tum fori interni tum fori externi;

3.º propria sed cumulativa cum iurisdictione Episcopi dioecesaní, nam personae ad Ordinariatum pertinentes esse pergunt fideles etiam illius Ecclesiae particularis cuius populi portionem ratione domicilii vel ritus efformant.

V — Stationes vero ac loca militibus reservata primo et principaliter subsunt iurisdictioni Ordinarii militaris; secundario autem iurisdictioni Episcopi dioe-

sus mismas obligaciones, a no ser que otra cosa conste por la naturaleza del asunto o por los estatutos particulares.

Par. 2. El Sumo Pontífice nombra libremente al ordinario militar o instituye y confirma al legítimamente designado<sup>9</sup>.

Par 3. Para que pueda dedicarse plenamente a este peculiar oficio pastoral, el ordinario militar estará, como norma, libre de otros oficios que conlleven la «cura animarum», a no ser que las peculiares circunstancias de la nación aconsejen otra cosa.

Par. 4. Entre el ordinariato militar y las otras Iglesias particulares es conveniente que exista un estrecho vínculo de comunión y una conjunción de fuerzas en la acción pastoral.

III. El ordinario militar pertenece por derecho propio a la Conferencia Episcopal de la nación en la que el ordinariato tenga su sede.

IV. La jurisdicción del ordinario militar es:

1.º Personal, de tal manera que se ejerce sobre las personas pertenecientes al ordinariato, aunque se encuentren, fuera de los límites geográficos de la nación.

2.º Ordinaria, tanto de fuero interno como de fuero externo.

3.º Propia, pero cumulativa con la jurisdicción del obispo diocesano, pues las personas pertenecientes al ordinariato continúan siendo, asimismo, fieles de aquella Iglesia particular de cuyo pueblo formen parte por razón de domicilio o del rito.

9. Cfr. CIC cann. 163 et 377, § 1.

cesani, quoties scilicet Ordinarius militaris eiusve cappellani desint: quo in casu tum Episcopus dioecesanus tum parochus iure proprio agunt.

VI — § 1. Praeter illos de quibus in sequentibus §§ 3 et 4, Ordinarius Castrensis presbyterium efformant illi sacerdotes, sive saeculares sive religiosi, qui congruis qualitatibus praediti ad hoc peculiare opus pastorale rite perficiendum atque de consensu sui Ordinarii, officio in Ordinariatu militari funguntur.

§ 2. Episcopi dioecesani necnon competentes Superiores religiosi Ordinariatu castrensi concedant numero sufficienti sacerdotes et diaconos huic muneri idoneos.

§ 3. Ordinarius militaris, probante Sancta Sede, seminarium erigere potest eiusque alumnos, specifica formatione spirituali ac pastolari donatos, in Ordinariatu ad sacros ordines promovere.

§ 4. Alii quoque clerici possunt in ordinariatu castrensi incardinari, ad normam iuris.

§ 5. Consilium presbyterale habeat propria statuta ab Ordinario approbata, attentis normis ab Episcoporum conferentia prolati<sup>10</sup>.

VII — Intra ambitum sibi designatum et erga personas sibi commissas, sacerdotes qui in Ordinariatu cappellani nominantur parochorum iuribus gaudent et officiis tenentur, nisi ex rei na-

Par. 4. Otros clérigos también pueden incardinarse en el ordinariato castrense a tenor del derecho.

Par 5. El consejo presbiteral debe tener sus propios estatutos aprobados por el ordinario, teniendo en cuenta las normas que hayan dado las Conferencias Episcopales<sup>10</sup>.

V. Sin embargo, las guarniciones y lugares reservados a los militares están primaria y principalmente sujetos a la jurisdicción del ordinario militar; pero subsidiariamente a la jurisdicción del obispo diocesano, esto es, cuantas veces el ordinario militar o sus capellanes no puedan hacerse presentes, en cuyo caso tanto el obispo diocesano como el párroco obran por derecho propio.

VI. Par. 1. Forman el presbiterio del ordinariato castrense, además de los que se indican en los siguientes párrafos 3 y 4, aquellos sacerdotes, ya seculares, ya religiosos, que, dotados de las convenientes cualidades para llevar debidamente a cabo esta peculiar obra pastoral y con el consentimiento de su ordinario, desempeñan su oficio en el ordinariato militar.

Par. 2. Los obispos diocesanos, así como los superiores religiosos competentes, deben conceder al ordinariato castrense, en número suficiente, sacerdotes y diáconos idóneos para este ministerio.

Par 3. El ordinario militar, con la aprobación de la Santa Sede, puede erigir seminario y promover a las sagradas órdenes en el ordinariato a los alumnos capacitados con una específica formación espiritual y pastoral.

10. Cfr. CIC, can. 496.

tura vel statutis particularibus aliud constet, cumulative vero cum loci parrocho, ad normam Art. IV.

VIII — Quoad Religiosos vero et Societatum vitae apostolicae sodales, qui servitio Ordinariatus operam dant, Ordinarius studiose incumbat ut iidem in fidelitate erga vocationem et identitatem sui cuiusque Instituti proficiant et arcte cum suis superioribus coniungantur.

IX — Cum omnes fideles ad aedificationem Corporis Christi cooperari debeant<sup>11</sup>, Ordinarius eiusque presbyterium curent ut fideles, laici Ordinariatus, sive uti singuli sive consociati, suas partes gerant tamquam fermentum apostolicum, sed et missionale, inter ceteros milites cum quibus vitam agunt.

X — Praeter alios qui in statutis, ad normam Art. I determinantur, ad Ordinariatum militarem pertinent et sub eius iurisdictione inveniuntur:

1.º Fideles qui sunt milites necnon alii qui copiis addicantur, dummodo legibus civilibus pro iisdem latis astringantur;

2.º qui eorumdem familiam constituent, coniuges nempe ac liberi, illi etiam qui quamvis sui iuris, in eadem domo degunt; necnon propinqui ac famuli in eadem domo pariter degentes;

3.º qui militaria instituta frequentant vel in militaribus nosocomiis, senum

VII. Dentro del ámbito para el que se les designa y acerca de las personas a ellos encomendadas, los sacerdotes que son nombrados capellanes en el ordinariato gozan de los derechos de los párrocos y están sujetos a las mismas obligaciones, a no ser que por la naturaleza del asunto o por los estatutos particulares conste lo contrario; aunque cumulativamente con el párroco del lugar a tenor de la norma art. IV.

VIII. En cuanto a los religiosos y miembros de las sociedades de vida apostólica que trabajan al servicio del ordinariato, cuide celosamente el ordinario que los mismos perseveren activamente en la fidelidad a su vocación y en la identidad de su instituto, manteniéndose estrechamente unidos a sus superiores.

IX. Debiendo cooperar todos los fieles a la edificación del Cuerpo de Cristo<sup>11</sup>, el ordinario y su presbiterio deberán cuidar de que los fieles laicos del ordinariato, tanto particularmente como asociados, obren como fermento apostólico y misionero, entre los demás militares con los que conviven.

X. Además de quienes en los estatutos se determinan a tenor de la norma I, pertenecen al ordinariato militar y están sujetos a su jurisdicción:

1.º Los fieles que son militares, así como otros que estén adscritos a las Fuerzas Armadas, mientras estén sujetos a las leyes civiles promulgadas para los mismos.

2.º Los que constituyen la familia de los militares, esto es, esposa e hijos, incluso también aquellos que, emancipados, vivan en la misma casa; y cierta-

11. Cfr. CIC, can. 208.

hospitiis aliisque similibus locis degunt eorumve servitio addicuntur;

4.º omnes utriusque sexus fideles sive alicui Instituto religioso adscripti sive non, qui munere stabili funguntur, sibi collato ab Ordinario militari aut de ipsius consensu.

XI — Ordinarius militaris a Congregatione pro Episcopis vel a Congregatione pro Gentium Evangelizatione dependet et pro casuum diversitate quaestiones pertractat cum competentibus Romanae Curiae Dicasteriis.

XII — Ordinarius militaris singulis quinquenniis relationem Sedi Apostolicae exhibebit de statu Ordinariatus, iuxta praescriptam formulam. Item Ordinarius obligatione tenetur visitationis *ad Limina*, ad normam iuris<sup>12</sup>.

XIII — In statutis particularibus, servatis semper ubi extent Conventio-nibus inter S. Sedem et Nationes initis, determinabitur inter alia:

1.º quo loco ecclesia Ordinarii castrensis eiusque curia consistant;

2.º an unus vel plures esse debeant Vicarii generales necnon qui alii nominandi sint curiae officiales;

3.º quid de condicione ecclesiastica Ordinarii castrensis ceterorumque sacerdotum vel diaconorum Ordinariatus militari addictorum durante et cessante munere, necnon quae normae servandae

mente los familiares y empleados domésticos que viven igualmente en la misma casa.

3.º Los que asisten asiduamente a centros o a hospitales militares; viven en residencias de ancianos o están adscritos a su servicio.

4.º Los fieles de uno u otro sexo pertenecientes o no a algún instituto religioso que ejercen un oficio estable, bien conferido por el ordinario militar o con el consentimiento del mismo.

XI. El ordinario militar depende de la Congregación de los Obispos o de la Congregación para la Evangelización de los Pueblos, y, según la diversidad de los casos, trata las cuestiones con los dicasterios competentes de la curia romana.

XII. El ordinario militar cada cinco años presentará a la Sede Apostólica relación acerca del estado del ordinariato según la fórmula prescrita. Además, a tenor de la norma canónica, el ordinario está obligado a la visita «ad limina»<sup>12</sup>.

XIII. En los estatutos particulares, teniendo en cuenta siempre los acuerdos pactados entre la Santa Sede y las naciones, se determinará, entre otras cosas:

1.º El lugar de la iglesia del ordinario castrense y la composición de su curia.

2.º Si deben ser uno o varios los vicarios generales, así como quienes otros han de ser nombrados oficiales de la curia.

3.ºCuál es la condición eclesiásti-

12. Cfr. CIC, cann. 399 et 400, pp. 1 et 2. Vid. S. C. Consistorialis, Decr. *De Sacrorum liminum visitatione a Vicariis castrensibus peragenda*, d. 28-II-1959: AAS 51 (1959), pp. 272-274.

sint quoad eorum militarem conditionem;

4.º quomodo providendum sit in casu sedis vacantis vel impeditae;

5.º quid de consilio pastoralis sive totius Ordinariatus sive locali, attentis normis Codicis Iuris Canonici;

6.º qui libri de Sacramentorum administratione deque statu personarum habendi sint, iuxta leges universales et Episcoporum conferentiae praescripta.

XIV — Quoad causas iudiciales fidelium Ordinariatus militaris, competens est in prima instantia tribunal dioecesis in qua Ordinariatus militaris curia sedem habet; in statutis vero stabiliter designabitur tribunal appellationis. Si autem Ordinariatus suum habeat tribunal, appellationes deferentur ad tribunal quod ipse Ordinarius castrensis, probante Sede Apostolica, stabiliter designaverit <sup>13</sup>.

Quae Constitutione hac Nostra praescriptis vigere incipient a die 21 Iulii vertentis anni. Normae vero iuris particularis vigere pergunt, quatenus cum hac Constitutione Apostolica congruunt, sed uniuscuiusque Ordinariatus castrensis statuta, ad normam Art. I redacta, intra tempus unius anni ab eadem die computanda, recognitioni Sanctae Sedis subicienda sunt.

Nostra haec autem statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non ob-

ca del ordinario castrense, de los demás sacerdotes y de los diáconos adscritos al ordinariato militar durante su cargo y el cese del mismo; asimismo, qué normas se han de observar en cuanto a su condición militar.

4.º Cómo se ha de proveer en el caso de sede vacante o impedida.

5.º Lo concerniente al consejo pastoral; bien de todo el ordinariato o bien de sectores del mismo, observadas las normas del Código de Derecho Canónico.

6.º Qué libros tiene que haber sobre la administración de sacramentos y sobre el estado de las personas a tenor de las leyes universales y de las normas de la Conferencia Episcopal.

XIV. En cuanto a las causas judiciales de los fieles del ordinariato militar, es competente en primera instancia el tribunal diocesano en el que la curia del ordinariato militar tenga la sede; sin embargo, en los estatutos deberá designarse establemente el tribunal de apelación. Pero si el ordinariato tiene su propio tribunal, las apelaciones se llevarán al tribunal que el propio ordinario castrense designe establemente, con la aprobación de la Sede Apostólica <sup>13</sup>.

Cuanto prescribimos en esta nuestra constitución comienza a entrar en vigor el 21 de julio del presente año. Pero las normas de derecho particular continuarán vigentes en cuanto estén de acuerdo con esta constitución apostólica; sin embargo, cada ordinariato castrense deberá redactar sus estatutos a tenor de la norma del art. I en el término de un año a partir de la entrada en vigor de esta constitución, los cua-

13. Cfr. CIC, can. 1348, n. 2.º.

stantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Decessoribus Nostris editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione et derogatione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Aprilis, anno MCMLXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

IOANNES PAULUS PP. II

les serán sometidos a la aprobación de la Santa Sede.

Queremos que lo que aquí establecemos y prescribimos, al presente y en el futuro sea y se mantenga firme y eficaz, sin que obsten, en cuanto sea necesario, las constituciones y ordenaciones apostólicas promulgadas por nuestros predecesores, incluso las demás prescripciones dignas de especial mención y derogación.

Dado en Roma, junto a San Pedro, el día 21 del mes de abril del año 1986, octavo de nuestro pontificado.

JUAN PABLO PAPA II